

duxit post alios Jo. Ant. ab Ecclef. observat. 9. n. 12. & observat. 10. n. 19. vers. sed Surdi lib. 1. Riccul. de jure person. lib. 2. cap. 2. n. 6. Leoncill. de privileg. pauper. 22. n. 36. part. 2. Siquidem contraria opinio à nobis firmata, pluries per Rotam amplexa insuper canonizata apparet in Asculana pecuniaria 5. Aprilis 1647. coram R. P. D. Celso, Joan. Franc. Andr. controvers. 263. num. 5. Rota decis. 50. n. 10. part. 9. tom. 1. recent.

Interim dum super præensione alimentorum disputatur in negotio + principali causa suspenditur. Verall. decis. 22. n. 1. & per totam part. 1. Leoncill. de privileg. pauper. 22. n. 20. part. 2. Rota in Fanen. dotis. 20. Aprilis 1641. & demum coram R. Cerro impressa apud nos post alleg. 114. lib. 3. quo quidem alimenta, & sumptus litis ex fructibus rei controversæ debentur, ut post alios animadvertendam d. allegat. 113. n. 13. lib. 3. Rot. decis. 470. n. 6. part. 2. recent. Beltram. ad Ludovif. decis. 189. sub n. 7. vers. requiritur tamen. Leoncill. de privileg. pauper. 22. n. 35. p. 2. Merlin. decis. 557. n. 3. Othob. decis. 152. n. 10. Ricciul. de jure person. art. 21. n. 5. lib. 2.

Dum disceptantur alimenta interim illa deberi non ambigitur * post alios dixi allegat. 109. n. 32. & alleg. 114. n. 19. & 13. lib. 3. Affict. decis. 10. & decis. 11. Sperell. dec. 138. n. 49. Gratian. discept. forens. 567. n. 24. ubi limitat solummodo quoties petenti alimenta opponitur, quod de proprio se alere possit. Addent. ad Galeott. controv. 6. n. 49. tom. 1. Marefcot. var. resol. 83. n. 14. lib. 2. Sed quia eorum quantitas à lege determinata nō appareat, ideo iudicis + prudentiæ, arbitrio, & discretioni eorum taxatio remittitur dixi allegat. 77. n. 21. & allegat. 113. n. 19. & ibi Rot. n. 35. lib. 3. Leoncill. de privileg. pauper. 22. num. 51. & 63. ubi quod procedat quoad alimenta, sechtis verò quoad expensas litis, + quæ dietim, prout fiunt, subministrandæ veniunt. Duran. decis. 95. num. 13. & 14. Rota in Anconitana alimentorum 4. Jun. 1646. §. Quo vero ad quantitatem coram R. P. D. Arguelles. Lottier. de re ben. f. q. 5. n. 39. lib. 2.

Concurfu paupertatis requisitus ad obtinendum à litigante alimenta * & sumptus litis concludenter probare debet, adeo ut ad id conjecturæ non sufficiant Rota dec. 617. p. 4. tom. 3. recent. Leoncill. de privileg. pauper. 22. n. 34. Othob. dec. 152. n. 2. & per tot. * cum generale præexistat, ut allegans paupertatem illam probare teneatur ex cumulatis per Guilhel. Anch. de rescript. & morat. concl. 22. n. 7. & 8. Cæterum quod paupertas à natura inhæreat, ac præsumatur + post eundem Leoncill. dixi alleg. 73. n. 7. & alleg. 113. n. 24. & seqq. lib. 3. Rot. in Romana alimentorum 1. Aprilis 1639. §. quia paupertas Pirovano, & in d. Anconitana alimentorum 4. Junii 1646. §. quod autem cor. R. P. D. Arguelles. Denique in casu ubi circæ existentiâ paupertatis ad effectû prædictû consequendi alimenta & sumptus litis scrupulus subesset, * tunc iudex illam arbitraretur, ut post alios dixi allegat. 109. n. 30. lib. 3. Jo. Bapt. Antonell. conf. 54. n. 15.

Juris boni præsumptio ut subesse dicatur, tamen si regulariter + sententia requiratur l. si instituta 27. §. de inoffic. test. dixi allegat. 113. n. 8. lib. 3. Joseph. Ludov. decis. Perusin. 46. n. 2. Bertazzol. conf. civil. 87. n. 4. Jo. Franc. controv. 263. n. 8. cujus executio pro consecutione alimentorum * & sumptuum litis per appellacionem non retardatur ex cumulatis per nos d. allegat. 113. n. 9. lib. 3. Rot. dec. 250. n. 3. part. 1. recent. Burat. dec. 707. n. 3. & in gloss. 5. & decis. 906. n. 7. * Cæterum quod etiam in prima instantia ubi viget præ-

sumptio non levis boni juris litiganti alimenta & sumptus litis decernantur, post alios plures subjungit, Jo. Franc. Andreol. d. contr. 263. n. 9. Gratian. discept. 954. n. 27. Leonc. de privil. paup. 22. n. 44. p. 2.

Quæ quidem conclusio indubitanter procedit in filiis, * & nepotibus ad patris, ac respectivè avi hæreditatem agentibus, ita, post alios animadvertendam alleg. 109. n. 1. & 29. & alleg. 111. n. 2. & 36. & alleg. 113. n. 30. ubi decisio Rota lib. 3. Jo. Franc. Andreol. controv. 263. n. 11. ubi de uxore cum marito litigante, & nu. 12. ubi de Monacho litiganti cum Monasterio, quod repetit Jo. Bott. conf. 64. à n. 6. ad 13. addens insuper deberi Prælato litiganti cum Ecclesia & servo litiganti cum Domino, filiationem verò probare sufficit ex conjecturis ad effectum consequendi per filium alimenta, & sumptus litis. Leonc. de privil. pauper. 12. n. 15. p. 2. ubi quod sufficiat probare quasi possessionem filiationis alios retuli d. allegat. 111. n. 3. & sub n. 25. vers. ad effectum. Ubi Rota lib. 3. Cynac. contr. 173. n. 12. Galup. in prax. p. 2. c. 3. n. 54. & seqq. Anton. de Marin. resol. 349. per tot. lib. 1. vide in annot. ad c. 3. n. 22. Quæ omnes personæ nec paupertatem probare obstringuntur, quippe quoniâ de ea ad effectum prædictum ex facto satis constare dicitur, & concludunt præcitati Doctores, & signanter Rot. coram Burat. d. dec. 906. n. 10. & 11.

Alimenta demum, ac sumptus litis + debentur 18 debitori quoties à creditore ejus bona sequestrata extiterunt l. fin. C. de ordin. cognit. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. nu. 151. & 152. Gratian. discept. forens. 114. n. 5. Valasc. dec. 1. n. 1. Cost. de remed. subsid. 106. illat. 4. n. 1. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1. c. 26. & seqq. Leoncill. de privileg. pauper. 370. n. 3. Hodiern. ad Surd. dec. 323. n. 14. latè Borell. in summ. decis. part. 2. tit. 37. n. 160. & seqq. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disput. 29. num. 10.

CAPUT II.

SUMMARIUM.

- 1 Alimenta filiis, & descendentiibus ab ascendentiibus jure naturali debentur, tacite relicta qualiter dicantur nu. 2. Debita ex provisione hominis præstanta sunt in domo alimentandi n. 3. Debita verò ex legis censura non sunt præstanda extra domum alere debentis n. 4. Promissa in domo, vel præstanda iudicis officio recipiuntur in domo alere debentis n. 5. Debita ex contractu, vel ultima voluntate alendus ea recipi in domo propria n. 6. Declara ut n. 7. Et tunc cum operibus sunt compensanda n. 8.

QUALITER CUMQUE alimenta relinquuntur sive tacite, sive expressè, aut ex juris dispositione debeantur innumeris fruuntur privilegiis, quinimò etiam jure naturæ aliquando præstantur, quo jure avus erga nepotes ad alimenta * obstringitur l. fin. §. ipsum autem filium, C. de bonor. quæ liber. Crot. conf. 67. n. 40. Mart. Medic. dec. 60. n. 25. Merend. controv. 30. n. 2. lib. 5. Spad. conf. 244. n. 12. lib. 2. Altograd. conf. 56. n. 12. & conf. 57. n. 51. lib. 1. Guilhel. Anch. de rescript. & morat. conclus. 42. n. 12. Novar. de Elect. for. quæst. 44. n. 24. Giovagn. conf. 37. num. 23. lib. 2. Grauan. discept. 120. n. 11. Pen. decis. 281. n. 28.

Expressè autem quando pro alimentis fiat de se patet. Unde Auctor quærit hic qualiter tacite * alimenta relicta censeantur: si quid annuum ergo pauperi

pauperi legetur in causam alimentorum præsumitur factum. Mantic. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 8. tit. 1. n. 8. ubi de verbo commendo. Cynac. controvers. 18. n. 4. & controvers. 298. n. 15. & ibi Burat. decis. 73. n. 6. Rot. apud Marchesan. de commif. part. 1. §. 1. fol. 1174. ubi de verbo providere quando importat alimenta Gratian. discept. forens. 565. nu. 8. ubi quod legatum pauperi factum censeatur pro alimentis Ciarlin. controv. 28. n. 11. & contr. 33. n. 21. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. c. 43. sub n. 2. Leoncil. de privil. pauper. 23. n. 29. & privil. 208. n. 2. par. 2. Lanfr. Zacch. de salar. quæst. 77. n. 9. & seq. ubi optimè declarat Rot. in Romana redditionis rationis 21. Februarii 1603. Litra Buccafer. conf. 22. n. 50. & seq.

Juris pariter ex dispositione pluribus in casibus alimenta debentur, sive id ex jure communi, sive ex censura statutorum proveniat quemadmodum subjungit Auctor hic n. 2. & seqq. Inter cætera autem adest hæc differentia, quia alimenta hominis provisione debita in domo ipsius alimentandi præstanda veniunt * Mart. Medic. dec. Senen. 89. n. 44. si verò ex legis censura debeantur, ille qui tenetur alimenta præstare non potest cogi ad ea præstandum extra domum suam Mart. Medic. dict. decis. Senen. 89. nu. 45. & generaliter hæc partem tusept Gratian. post alios discept. 552. n. 42. & discept. 562. n. 54. Rot. coram Milino decis. 371. nu. 1. & seqq. impressa quoque apud Marchesan. de commission. par. 1. §. 1. fol. 1175.

Verùm circa istud alia distinctio adduci solet, ut nimirum alimenta promissa in domo *, vel quando ea iudicis officio veniunt, tunc in istis casibus alendus alimenta in alentis domo, & non extra recipere debet. Rot. in Spoletana alimentorum 24. Maii 1593. cor. Gipsio, & in Romana redditionis rationis 5. Julii 1604. coram Liita, & in Anconitana alimentorum 14. Junii 1649. §. nec refert cor. Celso.

At quando alimenta ex contractu, vel ultima voluntate debentur, * tunc alendus in domo aliena recipere non cogitur Franc. Marc. decis. 223. p. 1. Rota in Civitatis Castellii alimentorum 17. Octobris 1591. coram Orano. Eoque magis ubi justa subest causa ne ea recipiat in domo alere debentis, quod sibi locum vindicet * præsupposita etiam conventioni inter alendum & alimenta præstari debentem de illis in propria alentis domo præstandis. Alex. consil. 100. in 1. & 2. lib. 1. Peguer. dec. 20. n. 6. Altograd. conf. 95. n. 77. lib. 1. Rot. cor. Pen. dec. 520. n. 11. & coram Millin. dicta decis. 371. n. 2. & in dicta Spoletana alimentorum 24. Maii 1593. cor. Gipsio, & in Fulginat. primogenituræ 18. Aprilis 1597. & in dicta Romana redditionis rationis 5. Julii 1604. Liita, & in Anconitana alimentorum 14. Junii 1649. §. nec refert, vers. nam cum cor. Celso, & 24. Martii 1651. §. minus refragatur cor. Dunozetto.

Prædicto autem in casu in alimentis compensari debent opera * seu earum valor, ex quo recipiendo alimenta extra domum alere debentis illas non præstitit. Capyc. dec. 24. n. 10. & 11. Lanfranc. Zacch. de salar. quæst. 104. nu. 6. Mart. Medic. dict. decis. 89. nu. 99. Burat. dec. 467. nu. 12. Auctor hic num. 4.

CAPUT III.

SUMMARIUM.

- 1 Causa alimentorum quoad pauperes dicitur pia. 2 Argumentum à legato alimentorum ad legatum

piæ causæ valet, declara ut n. 3.

- 4 Via executiva competit pro legatis, fallit in Tribunal. Rotæ Romanæ n. 5. declar. 6.
7 Hæres negans adesse bona quæ sufficiant pro satisfactione alimentorum impedit viam executivam, sed declara ut num. 8. & nu. 9. cum beneficio legis & inventarii pendente illius consecutione non molestatur numer. 18. fallit ut nu. 19. & pro alimentis nu. 20.
10 Legatum in dubio præsumitur unicum, & reitabile fallit ut n. 11.
12 Pro Alimentis in dubio est judicandum.
13 Actus judiciales diebus feriatis in honorem Dei initi nullius sunt roboris; fallit in causis alimentorum n. 14. sed declara ut n. 15.
16 Judex officium suum non impertitur nisi petenti, fallit favore alimentorum n. 17.
21 Legatorum facta generali revocatione reservatis ad pias causas alimentorum legata non censentur revocata.
22 Filiatio ad effectum consequendi alimenta conjecturis probatur.
23 Legata ad pias causas, & alimentorum non nisi à Summo Pontifice commutari possunt.

CAUSAM alimentorum piam præter hic ab Auctore congestos comprobant * Leoncill. de privileg. pauper. 23. n. 1. part. 2. Seac. de judic. cap. 5. n. 47. lib. 2. cum adductis per Guilhel. Anton. de rescript. & morat. cap. 40. n. 2. Lanfranc. Zacch. de salar. quæst. 92. n. 5. & 6. Caren. resol. 49. sub n. 9. vers. 3. Idem Ciarlin. controv. 21. n. 20. & controvers. 28. n. 16. & 17. & controv. 56. n. 7. qui tamen cum ipso Authore declarant procedere in legato alimentorum pauperum relicto, à quo ad legatum ad pias causas argumentum + valet, ubi eadem inter utrumque militat ratio, quemadmodum ponderat hic Auctor n. 7. Barbof. loc. com. 7. n. 4. cum adductis per Giovagn. conf. 84. n. 4. lib. 1. idem Auctor cap. 15. n. 4. à qua quidem opinione non esse recedendum, quamvis contrarium sustinere contendat Giovagn. d. conf. 84. n. 15. lib. 1.

Quoddanè argumentum ab alimentis ad pias causas, prout cætera de minori ad majus affirmativè procedit, non autem negativè, ex quo tamen argumenta hujusmodi equiparentur, pia tamen causa alimentis favorabilior reputatur, nisi versentur in alimentis pauperi relictis: tunc enim continent * piam causam, quando autem non debentur, aut relicta non apparent pauperi, tunc solummodo argumentum valet negativè sumendo illud à majori ad minus, ut puta si in causa pia hoc non licet, multo minus licebit in causa alimentorum optimè ratiocinatur Auctor hic. sub n. 7. vers. Ita quoque.

Non pro legatis etiam prophanis competat via executiva in controversiam revocat, & indecisam relinquit hic num. 8. Hæc autem ambiguitas hodie cessat: siquidem quod pro legatis hujusmodi competat via executiva * juxta veriorum ac magis receptam opinionem profitentur ultra hic cumulatos Bec. conf. 17. n. 6. 7. ac per totum. Burfat. conf. 298. n. 10. Bim. conf. 180. n. 38. & conf. 209. n. 13. Mynsing. observ. 61. n. 4. & seq. cent. 5. Gratian. discept. 62. n. 16. & discept. 254. n. 44. & 45. ubi quod indubitanter procedat, quando testamentum non convertitur Jos. Ludovic. decis. Perusin. 323. n. 9. Jo. Franc. Andreol. controv. 155. n. 1. Leoncil. decis. Ferrar. 8. n. 3. Anton. de Marin. resol. 241. n. 1. & seq. lib. 1. & resol. 8. n. 12. lib. 2. Thomaf. de Tutor. & Cur. tit. 19. sub n. 574. vers. & licet ex communi eam habeant fol. 335. Ciarlin. controv. 206. n. 49. & prius controv. 140. n. 29. A 4 Bene

Bene verum est, quod in sacro Tribunali Rotæ via executiva pro legatis non admittitur, sed pro illorum + consecutione via ordinaria proceditur, eadem Rota apud Marchelan. *de commiss. num. 1. & per totam fol. 146.* & apud Mangil. *de subhastat. decis. 90. sub n. 2. vers. Rota tamen, & coram Buratt. decis. 208. n. 3. ibique Ferentill. n. 12. & decis. 391. num. 2. part. 2. & decis. 229. n. 16. part. 5. & decis. 167. n. 8. & decis. 240. n. 34. part. 7. recent. & apud Zacch. de Camer. obligat. decis. 188. n. 17. quia distinctionem inter Rotam Romanam, quæ pro legatis ordinariam tribuit actionem, & cætera tribunalia legatis paratam executionem tribuentia recensent Thomaf. de Tutor. & Curat. tit. 19. sub nu. 174. vers. & tamen controversum fol. 335. Gratian. dicta discept. 62. n. 18. Cyriac. d. controv. 498. n. 14. & 15. Leoncill. decis. Ferrar. 8. n. 1. post Ferentill. ad Buratt. d. decis. 208. nu. 12. & latè exornat Thomat. decis. Macerat. 49. n. 2. & 3.*

Prædicta autem opinionum diversitas in legatis ad pias causas, & sic etiam in legatis alimentorum pauperibus relictis * uti pietatem sapientibus cessat, cum in istis dubio executivè procedatur, ut post alios concludit Author hic n. 9. Gratian. d. discept. 254. num. 46. ubi de legato ex causa studii. Verall. decis. 22. n. 2. & seq. part. 1. & decis. 259. n. 6. part. 2. Cephal. conf. 485. n. 85. & seq. ubi quod causa alimentorum sit causa dotis favorabilior. Surd. decis. 323. n. 5. Gratian. decis. March. in addit. decis. 53. sub n. 4. vers. alimenta, requirunt celeritatem executionis, Merlin. decis. 875. num. 7. Rot. Avenion. decis. 39. nu. 3. Ripol. var. resolut. ult. n. 224.

Si legatario agenti adversus hæredem pro alimentis sibi legatis opponatur per hæredem in hæreditate non adesse tot bona quæ sufficiant pro satisfactione legati alimentorum + quodque legatum hujusmodi quintam partem honorum excedat, ut exinde hæres viam executivam pro legatis indifferenter competentem impediatur, quæritur an hoc asserere sufficiat, seu etiam honorum insufficientiam probare obstringatur juxta gloss. in l. cum de l. 17. ff. de probat. ubi in effectu concludit, quod dicens alia bona non extare, nisi talia, vel non esse sufficientia, habeat fundatam intentionem, & transferat onus probandi in adversarium ex traditis per Cyriac. controvers. 5. nu. 8. & seq. dixi allegat. 101. n. 6. lib. 3. Ne tamen sub simplici asseritione hæredis retardetur satisfactio legati in certis corporibus, aut speciebus, sive pro certa quantitate relictis, atque executivè debitis, * ideò concludunt Doctores, quod ex hujusmodi asseritione hæredis non impediatur executio, ut videre est apud Authorem hic num. 10. & benè exornat Burfat. conf. 298. num. 10. & 11. Ciardin. controvers. 140. n. 30. & 31. Angel. de acquir. possess. quest. 8. art. 34. n. 839. & art. 35. n. 971. Rota in dicta Urbevetana legati 5. Aprilis 1647. in fine coram R. P. D. Bichio.

Minus, quod est, in dubio legatum censetur ad tradita per Authorem hic num. 11. Leoncill. de privileg. pauper. 204. n. 1. parte 2. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 9. tit. 1. n. 5. Ciardin. controv. 47. n. 64. Ruger. conf. 3. n. 4. lib. 2. & de hac materia Author infra cap. 42. Jo. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 7. n. 10. & lib. 2. c. 42. n. 14. Thomat. decis. Macerat. 91. n. 3. & 11. Cyriac. controv. 153. n. 12. & seq. controv. 209. n. 52. & 53. Istud tamen non applicari legato alimen-

torum pauperi facto, * quemadmodum nec cæteris in piam causam destinatis subjungit Author hic n. 12. & 13. Surd. dec. 298. n. 10. ibique Hodiern. n. 1. post alios, & præcipuè Gratian. discept. 611. n. 14. & seq. Leoncill. de privileg. pauper. 204. n. 2. p. 2. Dian. p. 3. tract. 6. resol. 29. vers. licet fol. 480. Staiban. jun. resol. 18. ex n. 11. ubi de legato facto personæ conjunctæ Bim. conf. 153. n. 26. & conf. 364. n. 26. vide infra cap. 43.

Regulariter, & in dubio legatum præsumitur unicum non reiterabile, + nec annuum juxta ponderationem hic Authoris sub n. 18. vers. re tamen. Leoncill. de privileg. pauper. 205. n. 1. Giouvagn. d. conf. 84. n. 8. & seq. lib. 1. Ruger. conf. 3. n. 29. & 30. lib. 2. id tamen ex conjecturis limitari subjungit eodem num. 18. vers. Extenditur nunc & vers. 1. itaque. Ubi inter ipsas præcipuum recenset in legato ad pias causas, ac consequenter alimentorum facto + pauperibus, quod annuum, reiterabile, ac successivum præsumi indistinctè profitentur Novar. de privil. miser. person. 4. per tot. Leoncill. de privileg. pauper. 205. n. 2. & 3. p. 2. Jo. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 42. n. 18. Marant. respons. 29. per tot. lib. 1. Bottillier. de success. ab intest. c. 2. Theorem. 106. n. 8.

Ex quibus Author hic num. 19. post alios inducit in dubio * pro alimentis judicandum Leoncill. de privil. pauper. 97. n. 1. 2. & 3. p. 2. Dec. conf. 601. n. 7. & 8. Gratian. discept. 104. n. 35. Fenzon. ad statut. Urb. cap. 140. n. 17. Giurb. observat. 19. n. 15. Mart. Medic. decis. Senen. 89. n. 16. Laurent. Urfell. concl. 89. n. 1.

Judiciales actus diebus feriatis in honorem Dei prohibentur, & contra prohibitionem initi ipso jure + irritantur, Gratian. decis. March. 144. n. 1. & seq. & decis. 5. n. 5. in fine in annotationibus registratis post primum vol. discept. Jo. Franc. Andr. controv. 131. n. 2. & 3. Gizzarel. dec. 58. sub num. 12. ubi Baldax. de Angel. num. 4. & Joseph. de Mel. decis. 58. n. 17. & Didac. de mar. num. 1. San-Felic. decis. 173. n. 1. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 45. n. 7. & 8. Jo. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 9. nu. 1. Jo. Anton. ab Eccles. observat. 77. nu. 27. & 28. Jo. Baptista Antonell. confil. 91. n. 1. Pasqualig. dec. 152. n. 3. Nig. de execut. rei judicat. c. 15. §. 5. n. 5. fol. 426. & post alios animadvertit Author hic sub num. 19. vers. Quinto etiam infertur, Carol. Malet. de Hierarch. & Sur. Eccles. militan. lib. 5. tit. 10. n. 3. fol. 29. Lanfranch. Zacch. de Salar. quest. 92. n. 1. & 2. Ventrigl. de dieb. fest. annot. 16. §. 2. n. 4. & n. 31. ubi etiam quod citatio decreta die feriatis in honorem Dei ad diem non feriata, sed juridicam sit nulla.

Præcedens tamen conclusio in causis alimentorum non militat, quippe quoniam si relictæ sint pauperi, & agatur de alimentis + præsentibus, seu futuris, sive jure actionis, sive officio judicis debeantur, utique peti possunt etiam diebus feriatis in honorem Dei ad tradita per Authorem hic n. 20. & 21. & pluribus exornat Leoncill. de privil. pauper. 151. nu. 2. 3. & 4. parte 2. Jo. Baptista Antonell. d. conf. 91. nu. 2. seq. 19. ac per totum. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 45. n. 26. Fenzon. ad statut. urb. cap. 140. num. 24. & seq. ubi limitat in alimentis præteritis. Scac. de judic. lib. 2. cap. 5. num. 46. & seqq. Barz. decis. 15. n. 32. in fine, & num. 33. Borell. in summ. decis. part. 2. tit. 38. num. 125. Lanfranch. Zacch. de Salar. quest. 92. n. 6. & seq. Baldax. de Angel. ad Gizzarel. decis. 58. n. 13. cum distinctione semper, quod hæc posterior conclusio + sibi locum vindicet in alimentis

alimentis præsentibus, & futuris, secus verò quoad præterita, quæ hoc privilegio non potiuntur Ventrigl. de dieb. fest. annot. 16. §. 2. n. 22. & faciunt tradita per Hieronym. Nicol. de fer. n. 5. tit. 9. lib. 2. de Judic. tom. 2.

Regulariter Judex officium suum non imper- 16 titur nisi illud petenti * juribus cumulatis hoc ab Authore n. 22. Leoncill. decis. Ferrar. 36. n. 4. & de privileg. pauper. 295. n. 1. Altograd. conf. 44. nu. 13. & 14. lib. 1. Surd. conf. 349. nu. 36. Mart. Medic. decis. Senen. 54. n. 1. Spad. conf. 2. n. 24. lib. 1. Cornaz. decis. 80. n. 5. Jo. Franc. Andr. controv. 188. n. 1. Palm. conf. 43. n. 20. & conf. 47. n. 66. Niger. de except. c. 9. §. 5. n. 3. & seq. & videntia sunt inferius notata ad cap. 21.

Ex privilegio tamen alimentorum piæ causæ 17 & miserabilis + contrarium suadet, quemadmodum advertit Author hic n. 23. quam conclusionem exornat Leoncill. dicta decis. Ferrar. 36. n. 5. & de privileg. pauper. 295. nu. 6. ac per totum: ubi concludit, quod Judex puniatur si etiam irrequisitus in causis hujusmodi officium suum non imperitur: infinitos recenset Guilhel. Anth. de rescript. & morat. conclus. 49. sub n. 184. lit. E. 6. fol. 480.

Cujus privilegii ratione succedit etiam, quod 18 quamvis hæres inventarii * confectioe pendente, nequeat conveniri à creditoribus hæreditatis, ita ut exceptio ista impediatur litis ingressum contra ipsos creditores, & legatarios, ut argumentatur Author hic num. 23. in fine, & 24. Joan. Franc. Andr. controv. 198. n. 1. Joan. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 4. c. 30. n. 4. ubi ambo inquirunt, an hæres interim debitores convenire possit. Gizzarel. decis. 76. ubi Baldax. de Angel. n. 1. & seq. & n. 12. ubi declarat, quod si hæres dum conficit * inventarium, debitores conveniri reconveniri valeat. Joseph. de Mele n. 1. & seq. Didac. de mar. n. 3. ubi quod interim debitores hæreditatis jure conveniatur, nec à confectioe inventarii impediatur Sanfelic. decis. 211. per totum.

Ratione tamen alimentorum nihil omninò 20 prohibet, quominus * hæres etiam antè confectioem inventarii efficaciter conveniatur, ut tangit Author hic n. 24. & latè post alios profertur Giurb. decis. 4. n. 46. Hodiern. ad Surd. decis. 323. n. 10. Gratian. discept. 236. n. 52. Leoncill. de privileg. pauper. 175. n. 2. & 3. Jo. Carol. Antonell. de temp. legal. lib. 4. c. 30. n. 6. Joan. Franc. Andreol. dicta controv. 168. n. 2. Gizzarel. decis. 76. n. 6. ubi Baldax. de Angel. n. 9. Joseph. de Mele n. 10.

Facta ademptione omnium legatorum generaliter reservatis solum legatis ad pias causas relictis, in hujusmodi reservatione non comprehenditur legatum dotis, neque legatum alimentorum * nisi emanaverit favore pauperis, ac consequenter favore pietatis, & animæ, ita ex Peregr. confil. 68. lib. 4. & Cephal. conf. 116. per tot. examinat. Author. hic n. 25. Verumtamen indagatio ista nullius roboris videtur, si quidem in generali ademptione legatorum pro alimentis, atque ad pias causas relictæ non comprehenduntur, seclusâ etiam dictâ præservativâ, quæ uti tacitè inherens expressè nihil omninò operatur, ideoque ademptio generalis, seu revocatio legatorum non includit legatum alimentorum. Surd. decis. 323. n. 8. Leoncill. de privileg. piæ causæ 220. n. 3. part. 2.

Filiatio ad effectum consequendi alimenta 22 præsumptionibus probatur, * & sola filiationis

quasi possessio sufficit. Leoncill. de privileg. pauper. 22. n. 15. part. 2. cum adductis per nos allegat. 111. n. 3. lib. 3. & faciunt tradita per Post. de manutent. observat. 34. n. 2. & subjungit Author hic n. 26. cum adductis in annot. ad cap. 1. n. 17.

Plura tandem circa commutationem legatorum, versionem illorum de uno usu in alium, ac reductionem agglomerat Author hic nu. 27. inquirendo insuper cujus auctoritate in legatis alimentorum, * aut ad pias causas relictis commutatio, versio, seu reductio fieri possit, in qua plurimum se detinet; verum quia in hac materia adsunt decreta Summorum Pontificum, & Sacræ Congregationis recensita per infra-scriptos, ideò ad illos me remitto, & præcipuè ad Barbos. de univers. jur. Eccles. lib. 3. c. 27. d. n. 46. ad 67. Leoncill. de privileg. pauper. 60. per totum. Ciardin. contr. 192. n. 13. ubi de pactis, & commutationibus circa res spirituales, & hoc qualiter procedat declarat Pasqualig. decis. 224. nu. 2. 11. & 12. Dian. part. 1. tract. 17. resol. 26. ubi concludit, quod Episcopus cum causa legata pia possit commutare, vel in alium usum convertere; at sine causa commutatio Papæ solummodo competat, quod repetit Bordon. resol. 55. n. 46. & seq. tom. 2. Carol. Marant. respons. 75. n. 10. lib. 3.

CAPUT IV.

SUMMARIUM.

- 1 Alimentorum in causa summarie proceditur. Libellus non requiritur n. 2.
- 3 Dilationem alimenta non patiuntur.
- 4 Probationes in causa alimentorum leviores sufficiunt, declara ut n. 5.
- 6 Privilegium alimentis competit, quatenus subest paupertas, sed vide n. 7.
- 8 Legitimitas personæ in quocumque judicio requirit. Litis contestationem præcedere debet n. 9. declara ut n. 10. Libellus requiritur n. 11.
- 12 Filiatio ad effectum successionis concludenter probanda est, sed fallit ad effectum consequendi provisionalem pro alimentis n. 13.
- 14 Filiatione probata alimenta debentur absque libello, & litis contestatione.
- 15 Dotis in causa libellus regulariter requiritur, sed dilationes abbreviantur num. 18. declara ut num. 19.
- 16 Dos pauperi relictæ piæ causæ æquiparatur.
- 17 Dotem magis privilegiatam quam alimenta tradunt DD. hic adducti.

IN causa alimentorum summarie, * & de plano proceditur. Caputaq. decis. 22. nu. 4. part. 1. Surd. decis. 323. numer. 5. Grat. decis. March. 129. num. 6. Rim. jun. conf. 584. nu. 81. & 82. Guilh. Anth. de rescript. & morat. conclus. 40. nu. 8. Leoncill. de privileg. pauper. 383. n. 3. Mart. in compilat. decis. verb. alimenta decis. 49. tom. 1. Laurent. conclus. 89. n. 16. Ripol. var. resolut. c. 5. n. 234. Joan. Anton. ab Eccles. observat. 39. n. 21. lib. 1.

Qua ratione sequitur ut in causa alimentorum summarie agitanda libellus * non requiratur, ut post alios infert Author hic nu. 2. Rim. jun. dict. conf. 584. n. 81. Guilh. Anth. de rescript. & morat. dicta concl. 40. n. 9. & 10. ubi quod neque litis contestatio requiratur, & admittit Author hic n. 3. Rot. decis. 376. n. 1. part. 9. tom. 2. recent. quia